

«Excerpta» documental de l'Arxiu Històric Comarcal

Època: Regnat de Pere el Cerimoniós
Període: Guerra amb Castella

a cura de JOAN PAPELL TARDIU

1

1358, setembre, 3. Barcelona

Pere el Cerimoniós atorga a les ciutats i viles del Camp de Tarragona, en agraïment dels ajuts monetaris rebuts pel sufragi de les despeses de la guerra amb Castella, el privilegi de poder imposar, treure i recaptar imposicions durant dos anys sobre la farina, el vi i les carns.

AHC, Valls. Secció pergamins. Pergamí núm. 97.

Hoc est translatum bene fideliter et legitime factum sumptum a quadam patente papiri litera regia illustrissimi domini Petri, digna Dei gratia, regis Aragonum, in sua forma adinventata, sigillata et munita sigillo maiori cum circa virgilia in dorso eiusdem, ut in sui prima facie aparet, non tamen inventa, viciata, lesa seu cancellata nec in aliqua sui parte suspecta, ymmo in suo bono robore serie et tenore consistente, sumptum interveniente in hiis auctoritate siquidem et decreto domini officialis Terracone et ad instantia discreti Petri de Monteacuto, iurati ville de Vallibus, diocesis Terracone, die veneris .XXIII. mensis marcii, anno a nativitate Domini millesimo trescentesimo octuagesimo sexto, cuius quidem litere series et tenor sic se habent:

Nos Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, Valentie, Maiorice, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie. Respectu doni et subsidii per vos probos homines locorum Campi Terracone ex vestra mera liberalitate noviter nobis facti in auxilium guerre vigentis inter nos et regem Castelle, presentis serie volumus et vobis concedimus quod in dictis locis possitis statuere, imponere et levare impositiones, similis illis que in ipsis locis colligebantur et levabantur ex nostra concessione post redemptionem bovatici, et ipsas etiam duplicare in blado, videlicet, pane, vino et carnibus. Quam quidem concessionem durare volumus ad duos annos a die qua ipsas imposueritis in antea conatinue numerandos. Mandantes per presentem universis et singulis officialibus et subditis nostris quatinus concessionem nostram huiusmodi firmam habeant et

observent et non contraveniant quavis causa, in cuius rei a testimonium hanc vobis fieri iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Barchinone tertia die septembris anno a nativitate Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo octavo. Petrus, cancellarius.

Nos Bernardus de Sancto Dyonisio, licenciatus in decretis, archidiaconus Sancti Fructuosi, et officialis Terracone, huic translato bene et fideliter cum suo originali comprobato auctoritatem nostram interponimus pariter et decretum.

Sig(signe)num mei Petri Tost, notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini Aragonum regis, qui hic me pro teste subscribo.

Sig(signe)num mei Raymundi Virgili, civis Terracone, scriptoris serenissimi domini regis Aragonum eiusque auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem, hic pro teste me subscribo.

Sig(signe)num mei Petri Maço, publici notarii ville de Silva, pro venerabile Bartolomeo de Casalibus, rectore ecclesie eiusdem ville, qui requisitus et rogatus in fidem et testimonium premissorum die et anno predictis presens translatum feci fideliter et legitimum comprobando cum principali litera predicta ac eius originali nichil addando, nichil plusque removendo nisi secundum dicti originalis mentem et tenorem et ut ubique fides addatur meum signum solitum totaliter apponendo. Constat michi de superposito in linea .VIII^a. ubi dicitur, et.

2

1358, setembre, 7. Barcelona^a

Pere el Cerimoniós atorga a la ciutat i viles del Camp de Tarragona, en agraïment dels ajuts, subvencions i donatius per a fer front a les despeses que ocasiona la guerra amb Castella, el privilegi de poder imposar, recollir i retenir cises sobre els aliments i mercaderies durant quatre anys.

AHC, Valls. Secció pergamins. Pergamí núm. 96.

Hoc est translatum fideliter et legitime factum sumtum a quadam patente papiri litera regia illustrissimi domini Petri, digna Dei providentia, regis Aragonum, in sui forma adinventam, sigillatam et munitam sigillo maiori cum cira virnilia in dorso eiusdem, ut in sui prima facie paret, non inventa, viciata, lesa seu cancellata nec in aliqua sui parte suspecta, ymmo in suo bono serie robore et tenore consistente, sumtum interveniente in hiis auctoritate siquidem et decreto domini officialis Terracone et ad instantiam discreti Petri de Monteacuto, iurati ville de Vallibus, diocesis Terracone, die veneris .XXIII^a. mensis marci anno a nativitate Domini, millesimo trescentesimo octuagesimo sexto, cuius quidem litere series sic se habet:

Nos Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, Valentie, Maiorice, Sardinee et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie. Ad humilem

suplicacionem super hoc nobis facta per vos iuratos et probos homines locorum Campi Terracone et ut melius possitis solvere sumptus quos vos facere oportebit in prestando nobis certum donum, quod ex mera liberalitate noviter nobis fecistis in auxilium guerre vigentis inter nos et regem Castelle, serie huius vobis concedimus quod impositionis, quas vobis cum alia litera nostra, data Barchinone tertia die presentis mensis septembris, concessimus ad duos annos computandos a die qua impositae fuerint, possitis statuere, retinere et colligere per quatuor annos ex tunc continue numerandos. Mandantes cum presenti universis et singulis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, ac locatenentibus, officialium nostrorum predictorum quatinus consessionem nostram huiusmodi ratam et firmam habeant et observent et non contraveniant quavis causa, in cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo munitam. Datum Barchinone septima die augusti anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo. Petrus, cancellarius.

Nos Bernardus de Sancto Dyonisio, licenciatus in decretis, archidiaconus Sancti Fructuosi, et officialis Terracone, huic instrumento et contentis in eodem auctoritatem meam interponitus et decretum.

Sig(signe)num mei Petri Tost, notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini Aragonum regis, qui hic me pro teste subscribo.

Sig(signe)num mei Raymundi Virgili, civis Terracone, scriptoris serenissimi domini regis Aragonum eiusque auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem, qui huic pro teste me subscribo.

Sig(signe)num mei Petri Maço, notarii publici ville de Silva, pro venerabile Bartolomeo de Casalibus, rectore ecclesie eiusdem villa, qui requisitus et rogatus in fidem et testimonium premissorum die et anno predictis, presens transumptum feci atque scripsi fideliter et legitimum comprobando cum principali litera predicta ac eius originali nichil addendo, nichil plusque removendo, nisi secundum dicti originalis mentem et tenorem et ut ubique fides addatur meum signum solitum totaliter apponendo.

- a) Hi ha un error a la datació. Consta com l'agost quan en realitat és el setembre.

3

1358, octubre, 1. Barcelona

Pere de Clasqueri, arquebisbe de Tarragona, confirma el privilegi reial de Pere el Cerimoniós, concedit a la ciutat i viles del Camp de Tarragona, de poder establir, recollir i treure les imposicions del pa, del vi i de les carns pel temps de sis anys.

AHC, Valls. Secció pergamins. Pergamí núm. 99.

Nos Petrus, miseratione divina, Sancte Terraconensis Ecclesie archiepiscopus. Quia vos dilecti et fideles nostri iurati et probi homines locorum Campi Terracone, nunc noviter in auxilium guerre quam

illustrissimus princeps et dominus noster dominus Petrus, rex Aragonum, et gentes subdite eius habent cum illustri rege Castelle et gentibus ac subditis eiusdem, subvenire concessistis eidem domino regi nostro, de quam magna peccunie quantitate et ultra subventionem ipsam ad plura alia onera debitorum et expensarum estis plurimum astricti et etiam obligati nobis humiliter supplicastis ut cum predictus dominus rex noster in relevamine aliquali predictorum onerum et expensarum iam nobis concesserit quantum in eo est impositiones et cistas in locis dicti Campi, levandas et exigendas ad certum tempus et sub certa firma ut in literis regiis super hoc confectis plenius continetur, ipsas impositiones et cistas levare, colligere et recipere posetis per sex annos duplicatas, tamen in pane, vino et carnibus, tamen vobis licentiam concedere dignemur. Ideo nos volentes quantum in nobis est locum dare ut vos et loca nostra ab onere debitorum quibus iam astricti estis et obligati et etiam et omnibus, quibus de novo vos habetis subicere ratione subventionis predicte valeatis quodammodo relevari vestris in hac parte supplicationibus inclinati de voluntate et consensu venerabilis prepositi et capituli nostri Terraconensis vobis concedimus per presentes ut per sex annos a prima die mensis ianuarii, proxime venturi continue computandos, possitis impositiones et cistas per dictum dominum regem vobis concessas, duplicatas in pane, vino et carnibus, tantummodo ponere, exigere et levare a personis laicis tamen, cuius dictus dominus rex per alias suas literas iam vobis duplicationem concesserit antedictam. In aliis, vero, rebus quam in predictis levetis, exigatis et colligatis a dictis personis laicis tam impositiones et cistas eis modo et forma quibus ex concessione domini regis predicti et bone memorie domini fratris Sancii, predecessoris nostri, consuevistis hactenus colligere et levare. Mandantes per presentes vicario nostro in spiritualibus et temporalibus generali et universali, aliis officialibus nostris presentibus et futuris, et locatentibus eorundem quatinus concessionem nostram huiusmodi firmam habeant, teneant et observent, et contra eam non veniant nec aliquam venire permitant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentes literas in formam publici instrumenti redactas per notarium nostrum infrascriptum vobis fieri iussimus nostri appensione sigilli communitas. Datum et actum Barchinone die prima mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus venerabili Arnaldo de Castelleto, decretorum doctore, archidiacono Vallensis, et Guillelmo Sauleda, perpetuo beneficiato in ecclesia Barchinone, pro testibus ad premissa vocatis.

Eg(signo) Petrus de Ponte, notarius publicus auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum ac dicti domini archiepiscopi per totam eius diocesem et provintiam Terraconensis, predicte concessioni dictarum impositionum per eundem dominum archiepiscopum facte una cum prescriptis testibus presens fui eaque scripsi et clausi.

4

1362, setembre, 14. Tarragona

Guerau de Palou, procurador i comissari reial, amb el consens de l'arquebisbe i del Capítol de la Seu de Tarragona, en nom del rei, Pere el Cerimoniós, concedeix a la ciutat i a les viles del Camp de Tarragona el privilegi de poder posar, recollir i recaptar imposicions i cises sobre el pa, el vi i les carns per temps de quatre anys i mig, per tal de recaptar els vint-i-set mil sous de donatiu concedits al monarca pel sufragi de la guerra contra Pere de Castella, dels quals, vint-i-cinc mil nou-cents els hauran de pagar les viles i mil vuitanta la mitra.

AHC, Valls. Secció pergamins. Pergamí núm. 104.

Noverint universi quod ego Geraldus de Palaciolo, licenciatus in legibus, consiliarius et promotor curie illustrissimi domini regis Aragonum ac comissarius ad infrascripta deputatus per eundem dominum regem, cum litera sua papirea patenti et eius sigillo sigillata in dorso cuius tenor talis est:

Nos Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, Valentie, Maiorice, Sardinie et Corsice comesque Barchinone et Rossilionis et Ceritanie. Attendentes quod ex eo quia rex Castelle publicus hostis noster intravit, diu est, cum magno numero bellatorum Aragonie, regnum nostrum illudque invadit et insultat nos, expedit ad ipsum regnum festine, sicut proposuimus accedere et unitis viribus nostrorum fidelium subditorum pro conservatione honoris et patrimoni nostri cum ipso rege inire certamen, idcirco vos fidelem consiliarium et promothorem curie nostre, Geraldum de Palaciolo, licenciatum in legibus, ad petendum auxilium et sucursum a fidelibus nostris probis hominibus universitatum civitatis et Campi Terracone et singularibus de eadem, tam personale, videlicet, quam reale ex causa premissa procuratorem nostrum, constituimus serie cum presenti, volentes ac vobis, nichilominus concedentes quod pro predictis et etiam pro usatico «Princeps namque» et servitio vigore ipsius seu alius per dictas universitates et eius singulares, ratione predicta, nobis prestando, possitis cum eis hac vice componere ac transactionem seu aumentiam facere necnon impositiones seu barras et alia vectigalia nova que vobis videbitur universitatibus ipsis concedere et ulterius quod pro predicto auxilio vel sucursu libertatibus, privilegiis et immunitatibus ipsarum universitatum et singularium earundem perjudicium aliquod minime fiat cum instrumentis publicis recognoscere ipsasque libertates, privilegia et immunitates eis salvare nostro nomine et pro nobis, nos enim promittentes habere retum, stabile atque firmum quidquid egeritis in premissis vobis super eisdem comitimus vices nostras plenarie per presentes, in cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo munitam. Datum Barchinone vigesima septima die augusti anno a nativitate Domini millesimo .CCC°.LX°. secundo. Eximinus Sancii.

Attendentes vos iuratos et probos homines locorum Campi Terracone, una cum consulibus et probis hominibus dicte civitatis ad preces et petitionem per me ex parte dicti domini regis vobis factam, promisisse dare prefato domino regi et in auxilium rei publice propter guerram quam habet cum rege Castelle, viginti septem mille solidos Barchinonensis de

terno, in hunc, videlicet, modum que promisistis dare dicto domino regi viginti quinque mille nongentos viginti solidos et domino archiepiscopo Terracone mille octuaginta solidos quos ipse dominus archiepiscopus habeat dare dicto domino regi ad complementum dictorum viginti septem mille solidos, prout in capitulis inde factis continetur. Attendentes etiam quod vos propter adiutas et servitia grata que eidem domino regi temporibus preteritis fecistis in guerris, quas ipse dominus rex habuit cum genovensibus et cum dicto rege Castelle et etiam propter emptionem bovatici quam fecistis ab ipso domino rege, propter que omnia persolvenda diversas pecunias manuelevastis ad usuras et censualia vendidistis, que censualia, usuras et interesse ad hunc solvistis cum fortem nondum solvere potueritis, et propter alia diversa onera que necnon subportare habetis non habetis pecuniam de qua partem vos contingentem in dictis viginti septem mille solidis, dicto domino regi solvere valeatis, idcirco ad huiusmodi necessitatem vestram debitum habetis respectum et ut onera ipsa et debita subportare comode valeatis ad vestri supplicationem super hoc michi factam ex parte dicti domini regis et auctoritate michi per eum prestita super hiis in quantum ipsum dominum regem tanagit et ad eum pertinet, concedo et dono vobis sisias seu impositiones dictorum locorum, duplicatas, etiam, in pane, vino et carnibus, levatur et colligitur, vigore concessionum dictorum regis et archiepiscopi. Et hanc concessionem dictarum impositionum facio vobis ad quatuor annos et edium proximos venturos qui incipiant currere prima die mensis ianuarii proximis instantis, ita quod per dictis quatuor annos et medium vos et quilibet vestrum in locis vestris possitis colligere seu colligi facere dictas impositiones, duplicatas, etiam, ut prefertur in pane, vino et carnibus, et quod ex ipsis impositionibus habueritis in usus necnon comunes locorum nostrorum convertatis et convertere possitis libere sine contradictione alicuius, volens expresse ex pacto inter me et vos inito et facto quod per concessionem presentem non fiat periudicium vel derogatio aliis concessionibus impositionum per dictos dominos vobis factis, nec per illas istis immo ipositiones ipsas quas nondum collegistis, colligere et levare possitis finitis dictis quatuor annis et medio, secundum tenore ipsarum concessionum, et promitto vobis bona fide et sine fraude quod dictus dominus rex in quantum eum tangit et sua interest hanc concessionem habebit firmam et faciet tenere et observare et eam non revocabit aliqua ratione. Promitto, etiam, vobis nomine et vice dicti domini regis quod faciam posse meum cum effectu quod dominus archiepiscopus Terracone vel eius commissari ad hec deputati facient vobis cum consensu venerabilis Capituli Terracone similem concessionem, in quorum testimonium facio vobis fieri presens publicum instrumentum per notarium infrascriptum. Quod est actum in claustro sedis Terracone, die mercurii, quarta decima die mensis septembris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo.

Sig+num Geraldus de Palaciolo, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt venerabiles et discreti Bartholomeus Cesaveces, decretorum doctor, Arnaldus de Torrentibus, iurisperitus Terracone et Iohannes Messeguerii, civis Barchinone.

Sig(signe)num mei Petri Martini, civis Terracone, scriptoris prefati illustrissimi domini regis Aragonum, et eius auctoritate notarii publici per totam dominationem, qui predictis omnibus et singulis dum ut premititur agerentur una cum prenominatis testibus interfui et hoc scripsi et clausi cum dictionibus in raso positis in secunda linea ubi dicitur: Nos Petrus, Dei gratia; et in .XVI. linea ubi legitur: quatuor annos et medium proximos venturos; et in eadem linea ubi dicitur: quatuor annos et medium; et in .XIX^a. linea ubi dicitur: quatuor annis et medio.

5

1362, setembre, 16. Tarragona

Capítols fets entre Guerau de Palou, llicenciat en dret, i els síndics dels cònsuls i jurats de la ciutat i del Camp de Tarragona, per l'atorgament de subsidis i serveis al monarca catalano-aragonès per raó de la guerra contra el rei Pere de Castella.

AHC, Valls. Secció pergamins. Pergamí núm. 102.

Noverint universi quod cum venerabilis et prudens vir Geraldus de Palaciolo, licenciatus in legibus ac consiliarius et promotor curie illustrissimi domini regis Aragonum ac per eundem dominum regem ad inscripta comissarius specialiter deputatus cum litera sua papirea patenti eiusque sigillo in dorso sigillata ut prima facie videbatur, de qua michi notario infrascripto ad oculum extitit facta fides, cuius tenor inferius est insertus, peteret a venerabilibus consulibus civitatis et a iuratis seu sindicis et procuratoribus universitatum locorum Campi Terracone, ut prestarent auxilium et sucursum dicto domino regi seu viribus rei publice omnium terrarum dictioni dicti domini regis subiectarum pro qua rei publica idem dominus rex certat seu certamen inire intendit cum rege Castelle, publico hoste suo mitendo ocupare totis viribus omnes terras et regna prefati domini nostri regis; idem consules, iurati, sindici et procuratores predicti habitis inter eos consilio et deliberatione plenaria circa necessitatem prefati domini regis et utilitatem totius rei publice, debitum habentes respectum gratuito animo non vi nec alio ex debito nec quod ad hoc alio teneantur, sed dum tatxat ex mera liberalitate eorum promisserunt facere dicto domino regi in defensionem rei publice adiutam prout in subscritis capitulis commetur, et dictus venerabilis Geraldus de Palaciolo visis et prelectis dictis capitulis respondit eis et cuilibet eorum prout in fine cuiuslibet continetur, tandem habito colloquio et acordio per consules, iuratos, sindicos et procuratores predictos super responsionibus predictis factis dictis capitulis per dictum venerabilem Geraldum de Palaciolo in fine cuiuslibet capitulorum predictorum, tenor vero comissionis dicti venerabilis Geraldus de Palaciolo tali est:

Nos Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, Valentie, Maiorice, Sardine et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie. Attendentes quod ex eo quia rex Castelle publicus hostis noster intravit, diu est, cum magno

numero bellatorum Aragonie, regnum nostrum, illudque invadit et insultat nos expedit ad ipsum regnum festine sicut propositimus accedere et unitis viribus nostrorum fidelium subditorum pro conservatione honoris et patrimoni nostri cum ipso rege inire certamen, ideo vos fidelem consiliarium et promotorem curie nostre Geraldum de Palaciolo, licencitum in legibus ad petendum auxilium et succursum a fidelibus nostris probis hominibus universitatum civitatis et Campi Terracone et singularibus de eadem, tam personale videlicet quam reale ex causa promissa procuratorem nostrum constituimus serie cum presenti, volentes ac vobis nichilominus concedentes quod pro predictis et etiam pro usatico «Princeps namque» et servitio vigore ipsius seu alii per dictas universitates et eius singulares ratione predicta nobis prestando possitis cum eis hac vice compositionem ac transactionem seu avinentiam facere, necnon impositiones seu barras et alia vectigalia nova que vobis videbuntur universitatibus ipsis concedere et ulterius pro predicto auxilio vel sucursu libertatibus, privilegiis et immunitatibus ipsorum universitatum et singularium earundem periudicium aliquod minime fiat cum instrumentis publicis recognoscere ipsasque libertates, privilegia et immunitates eis salvare nostro nomine et pro nobis, nos, enim, promittentis habere ratum stabile atque firmum quidquid egeritis in promissis vobis super eisdem comitimus vices nostras plenarie per presentes, in cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo munitam. Datum Barchinone vicesima septima die augusti anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo. Eximinius Sancii.

Tenore vero dictorum capitulorum per dictos consules, iuratos, syndicos et procuratores oblatores et responsionum factarum eis per dictum venerabilem Geraldum de Palaciolo, talis sunt:

Les universitats de la ciutat de Tarragona i dels llocs del Camp, no per deure ni per altre dret, mas solament graciosament e de bon grat, donen ajuda al senyor rey per necessitat de la gran guerra que és moguda e retornada entre lo dit senyor rey e lo rey de Casteyla, e los quals se convertesquen en sou de hòmens a cavayl, ço és saber, vint e cinch milia nou-centes e vint sous, dels quals pertany a pagar a la ciutat, fetes cinch parts de la dita quantitat, les dues parts, e als lochs del Camp les tres parts. E que la dita quantitat sia pagada complidament per tot lo mes de noembre primer vinent; e d'altre part prometen de dar al senyor archabisbe mil e vuytanta sous, e lo senyor archabisbe farà compliment al senyor rey a vint e set milia sous, emperò amb les condicions e capítols dejús escrits. Primerament que'l senyor rey do e atorch novellament en esmena de la dita ajuda a la dita ciutat les imposicions que sien doblades en pa e vi e en carns, segons que la dita ciutat e faldes se leva, es cuyl ara el dia d'uy a tres anys; los quals tres anys comencen a la dita ciutat lo primer dia del mes de giner primer vinent e d'aquí anant contínuament següents, no perjudicant ni contrastant a les imposicions, les quals la ciutat haja per atorgament primerament fet, abans puxe la dita ciutat finits los dits tres anys d'aquest atorgament collir e levar e usar de les dites imposicions primerament ja atorgades en la forma que són estades atorgades, e que per lo noveyl atorgament dels dits tres anys no sia fet perjudici o derogació a les primeres imposicions ni per les primeres a

aquestes novylament atorgades, e que-l senyor rey faça ab acabament que los dits tres anys noveylament atorgadós de les dites imposicions dobles sien conformats per lo senyor archabisbe e per lo honrat Capítol de Tarragona. Plau a micer Guerau de part del senyor rey, e que farà son poder ab lo dit senyor archabisbe e ab sos oficials de atorgar açò matex, e açò atorga lo micer Guerau per esguart de la present ajuda e dels murs de la ciutat a reparar e a fer e per altres grans càrrechs que han, e en special car an dit que si per avant se cové a fer altres ajudes que eyls li faran ajuda, així bé con altres de la senyoria del senyor rey.

Ítem que sia mercè del senyor rey que la dita ciutat per concessió real haja carregador e descarregador real, segons que la ciutat de Barchelona e los lochs de Copliure, de Palamós, de Cubelles e alguns altres lochs an, no contrastant inhibició e ordinacions feytes e faedores. Regalia és del senyor rey la qual no atorgaria a negun loch si no era seu, specialment en temps de guerra. Mas en cassos necessaris lo senyor rey hi proveirà en cas que li sia suplicat.

Ítem que la ciutat e los singulars de aquella hajan concessió real de trer tots blats per les parts de Tortosa, ço és, per mar e per terra e per aygua dolza, per ops de la ciutat de Tarragona e del Camp, e que la treta no·ls sia contrastada per negú. Plau a micer Guerau que en cas que·ls sie necessari que ho hajan del senyor rey, al qual eyl ne suplicarà volenters ab licència special con en general no és acostumat de atorgar, con aytals concessions generals sien contra profit e ordinació de la guerra.

Ítem que la ciutat puxe tenir e ordonar pes per pesar blats e farina con van e vénen de molí per esquivar grans fraus que si fan, e per mantenir e conservar lo dit pes e per supportar les messions faedores per aquell puxen fer tots estatuts e ordinacions contràries al dit pes, e que semblant concessió sia feta per lo senyor archabisbe ab confirmació de l'honrat Capítol. D'açò micer Guerau no ha poder, segons les sues comissions, però escriurà e suplicarà al senyor rey que en les dites coses los faça ço que sia covinent.

Ítem que los veguers de la dita ciutat sien tenguts d'aquí avant de tenir taula; d'estar a dret als clamants e als injuriats per ells, segons la forma que·s serve en los lochs reals e que-l senyor archabisbe faça semblant concessió. Idem ut ad proximam.

Ítem que d'ací a la festa de Nadal primer vinent lo senyor rey ni primogènit ni oficials seus no puxen trer host ni cavalcada de la dita ciutat ni demanar alcuna ajuda per raó de host ni per covinença ni per composició ni per lo usatge «Princeps namque» ni per altra raó a la dita ciutat e faldes ni singulars d'aquella ni als hòmens dels lochs del Camp de Tarragona ni singulars d'aquells en general ni en special, e que la avinença o composició feta ab lo dit senyor rey per la ciutat, enguany en la ciutat de València, e per lo Camp per raó de l'usatge «Princeps namque» sia haüda per cassa e per nul·la. Plau a micer Guerau, car semblantment és estat atorgat a la ciutat de Barcelona.

Ítem com aquesta ajuda se faça graciosament e no que la ciutat e lo Camp hi sien tenguts per deure que per aquells no puxen ésser fet

perjudici a la dita ciutat ni al Camp ni als singulars d'aquells ne puxen ésser tret a conseqüència en temps esdevenidor, ans sien servats a aquella ciutat e al Camp e singulars tots privilegis, custums, usos e franquees, axí com mils e pus profitosament pot ésser entès a ops de yls. Plau a micer Guerau de Palou que per aquesta ajuda negun perjudici no·ls pusca ésser fet, ans los sia conservat lur dret e lurs privilegis, segons que havien ans d'aquesta ajuda.

Ítem que el senyor rey ni altri per ell no puxe ni deje emprar negun ciutadà de exir fora la dita ciutat ni negun altre hom del Camp de exir fora son loch per anar en França ni en altre loch, con en la ciutat e en lo Camp sien de gran necessitat per tal con són en frontera de mar. Plau a micer Guerau, sau que·l senyor rey puxa pregar aquells qui li parrà e puy eyls facen ne ço que vigares los sia.

Ítem que la quantitat del present do sia assegurada e pagada, sots homenatges, en la ciutat de Tarragona e no en altre part a persona, havent poder bastant del senyor rey, e con pagada serà sia feta difinició d'aquella a la ciutat e al Camp, e la obligació e seguretad faedora sia cancellada. Plau a micer Guerau que pus hajen feta seguretad e dita covinent de la qual sea content lo Conseyl, qui la és en Barçalona, de la dita quantitat, que no reten compte a negú, e en cas que de compte fossen demanats que no sien tenguts de retre compte sinó en la ciutat de Tarragona, e que la quantitat se pach per tot noembre, però que la seguretad ho dita se haja a fer dins vuyt dies a Barçalona.

Ítem que totes cartes, letres e scriptures que per la dita raó se hajen afer axí per lo senyor rey e per los senyors archabisbe con per lo honrat Capítol hajen ésser e liurades franques de drets de sagels e de tots salaris de notaris e d'altres scrivans. Plau a micer Guerau de part del senyor rey. Quant al dret del sageyl del dit senyor archabisbe que hi farà son poder que·l faça franch.

Ítem que lo dit do donen e entenen a donar la dita ciutat e Camp al dit senyor rey sots les condicions damunt nomenades com atorgades seran. E si e en cas que les altres universitats de ciutats, de viles e de casteys de prelats, de religiosos e d'altres persones ecclesiàstiques donen al dit senyor rey e no en altra manera.

Negun do nos done condicionat e és notòria cosa que a tothom a donat, e axí diu que farà ço que en la fi de cascun capítol ha respost e neguna condició no y pendria. Et tenores quorundam capitulorum ad partem oblatorum pro parte universitatum locorum Campi et responsionum eis factarum per dictum venerabilem Geraldum de Palaciolo, sequuntur per hunc modum:

Demanem los prohòmens del Camp que sea mercè del senyor rey que si la ciutat ha les imposicions a cinch anys, que los lochs del Camp les hajen e segons més o menys, axí e en aquella forma e nombre que la dita ciutat la levarà, per ço com les imposicions d'aquells lochs són fort pobres e mimves per los poch contractes e mercaderies que s·i fan, e per tant con axí és acostumant. Plau a micer Guerau de part del senyor rey que hajen les imposicions a quatre anys e mig.

Ítem que lo senyor rey faça ab acabament que lo senyor archabisbe e Capítol de Tarragona conformen les imposicions per aquesta raó atorgades franchament e quítia, sens salari altri. Plau a micer Guerau e aytant con sia en eyl que hi farà son poder.

Ítem que les cartes e facen sens salari de segeyl e d'altres coses. Plau a micer Guerau, de part del senyor rey, quant al dret del sageyl del dit senyor.

Ítem que-ls sia atorgada treta de blats de Tortosa en aquella manera que a la ciutat serà atorgat. Plau a micer Guerau en aquella manera que serà atorgat a la ciutat.

Ítem que-ls sia proveït al usatge «Princeps namque» que n'agen remissió, així co<<n>> ha la ciutat. Idem.

Ítem demanen en ajuda a lur part pertanyent a pagar los sien dats e ajustat los lochs de Temarit e de Vilabeyla, axí con los fo atorgat per lo senyor archabisbe, e axí avinguen-se ab eyl e ab sos oficials. Con al dit micer Guerau plau ço que eyls ne faran.

Ítem que totes cartes e privilegis que per aquesta raó sien atorgades e fetes, axí a la ciutat com a qual altre loch se vulle del Camp sien duplicades e d'aquelles tenga una la dita ciutat e altra los dits lochs. Plau a micer Guerau.

Ítem que sia donat temps covinent a pagar la part a eyls pertanyent a pagar en lo do. Plau a micer Guerau que donen dita ho seguretat covinent en Barçalona ho dita en Tarragona, la qual sie transportada a Barçalona que paguen per tot noembre primer vinent.

Ítem que la dita quantitat paguen en la ciutat de Tarragona, encara que en cas que d'aquella los sie demanat compte que l'ajen a retre en la dita ciutat e no en altra part. Plau a micer Guerau que pus hagen feta seguetat de la qual sie content lo Conseyl qui la és ho dita covinent en Barçalona de la dita quantitat que no reten compte a negú, e en cas que de compte fossen demanats que no sien tenguts de retre compte sinó en la ciutat de Tarragona.

Ítem demanen los prohòmens de Vayls que sia mercè del senyor rey que hagen retorn de fira lo qual retorn començ e sia per tot lo trentenari de sent Anthon. Diu micer Guerau que açò és cosa singular que pertany solament al dit loch, e axí que en demanda general no ha loch.

Et de premissis omnibus et singulis tam dictus venerabilis Geraldus de Palaciolo quam dicti consules, iurati, sindici et procuratores petierunt fieri per me notarium infrascriptum tot quot voluerint publica instrumenta que fuerunt acta et per dictas partes firmata in claustro Sedis Terracone die mercurii quartadecima die mensis septembris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis venerabilibus et discretis viris Bartholomeo Sesavaces, decretorum doctore, Arnaldo de Torrentibus, iurisperitus Terracone et Iohanne Messeguerii, cive Barchinone.

Post hec die jovis quintadecima die septembris anno predicto congregatis in domo Capituli Ecclesie Terracone venerabilibus et discretis

viris Petro Toloni, Ilerdensis et Urgellensis Ecclesiarum canonico in prefataque Ilerdensis Ecclesia preposito et vicario in speritualibus et temporalibus generali et oficiali reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri, divina providentia, archiepiscopi Terracone et Bartholomeo Cesavates, decretorum doctore, comissariis ad infrascripta deputatis per dictum dominum archiepiscopum cum litera sua papirea patenti eiusque sigillo in dorso sigillata ut prima facie videbatur de qua michi notario infrascripto extitit facta fides tenor sequentis:

Petrus, miseratione divina, sancte Terraconensis Ecclesie archiepiscopus venerabilibus et dilectis nostris Petro Toloni, vicario generali et oficiali nostro ac preposito et canonico Ilerdensis Ecclesie, Guillelmo de Argentona, Iohanni Messeguer, procuratoribus generalibus nostris, Bartholomeo Sesavetes, decretorum doctore, salutem et gratiam. Cum domino rex accedere ibi destinavit venerabilem Geraldum de Palaciolo in legibus lecienciatum pro prestando subsidium a subditis nostris civitatis et Campi Terracone in causa evidenti ac extrema necessitate defensionis contra regem Castelle, suum inimicum qui totis viribus regnum Aragonie et terram aliam ditionis dicti domini regis nititur occupare, quod quidem subsidium attenta dura necessitate quantum in nobis fuit de certa suma pactis danda per nos eidem domino regi concessimus ad hoc tamen ut dicti homines subditi nostri precatti facilius possint dictum subsidium et alia omnia incumbentia supportare et ad illud liberalius inclinentur, volumus quod vos aut tres aut duo vestrum auctoritate nostra possitis prefatis hominibus subditis nostris civitatis, videlicet, et Campi Terracone impositionis et aiudas concedere ad illud tempus et sub illis formis et conditionibus quibus vobis omnibus aut tribus vel duobus vestrum melius visum fuerit concedendum. Nos, etiam, presentium tenore concedendi dictas impositiones sive aiudas plenarie damus vobis omnibus vel tribus aut duobus vestrum facilitatem et liberam potestatem. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostro sigillo munitas. Datum Barchinone prima die septembris anno a nativitate Domini millesimo .CCCLX^o. secundo.

Congregatis, etiam, in domo Capitulo Terracone, videlicet, Guillelmo de Cumbis, precentore, Bonsaberio Ferrari, priore, Raymundo Guillelmi de Torne, hospitalario, Guillelmo Bosom, archidiacono Sancti Laurenci, Iohanne Calaf, infirmario, Berengario de Monteolivo, Iohanne Sagual et Guillelmo Conesa, canonicis dicte ecclesie capitulum facientibus et celebrantibus dictus venerabilis Geraldus de Palaciolo, dicto nomine, ibidem personaliter constitutus dixit quod ex parte dicti domini regis in quantum tangit ipsum dominum regem concesserat universitatibus civitatis et locorum Campi Terracone impositiones prout in dictis capitulis continetur. Quare rogavit eos, videlicet, dictos dominum vice generalem, et Bartholomeum Sesavetes ut ex parte dicti domini archiepiscopi dictas impositiones confirmarent. Et similiter rogavit dictum capitulum ut consensum suum prestarent in concessione prefata, et dicti venerabilis vicarius generalis et Bartholomeus Sesavetes, comisarii dicti domini archiepiscopi, ex parte ipsius domini archiepiscopi concesserit dictas impositionis prout dictus venerabilis Geraldus de Palaciolo concessit propter necessitate et paupertatem iminenti totius terre. Dicti, autem,

venerabilem capitulum dixerunt quod volebant super predicti delibeare, et de primissis omnibus et singulis dictus venerabilis Geraldus de Palaciolo petiit sibi et dictis universitatibus fieri publica instrumenta tot quot duxerint requirenda. Que fierint acta die, anno et loco predictis, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis venerabilibus Guillelmo de Argentona, domicello, vicario Terracone, Arnaldo de Torrentibus, iurisperito Terracone et Iohanne Messeguerii, cive Barchinone et me notario infrascripto. Post hec die veneris .XVI^o: die septembris anno predicto prefati venerabilem Capitulum convocati et congregati pro huiusmodi negotio tractato in claustro Sedis Terracone, iuxtam dormitorium, habita deleberatione super predictis, attendentes necessitatem civium Terracone et habitatorum in locis Campi Terracone concessionibus factis de dictis impositionibus per comissarios dicti domini archiepiscopi et domini regis suum consensum libere prestiterunt, presentibus dictis venerabiliibus vicario generali et Bartholomeo Sesavetes et Geraldo de Palaciolo et me notario infrascripto, et presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis Petro Sancii, ianitore dicti domini regis, et Bonanato Matha, dormitorio dormitorii Ecclesie Terracone, et de predictis dominus venerabilis Geraldus de Palaciolo petiit sibi et dictis universitatibus fieri tot quot voluerint publica instrumenta, que fuerunt acta die, loco et anno predictis, presentibus testibus predictis et me Petro Martini, cive Terracone, scriptore domini regis et notario auctoritate regia per totam teram et dominationem eiusdem domini regis.

Sig(signe)num mei dicti Petri Martini, civis Terracone, scriptoris prefati illustrissimi domini regis Aragonum et eius auctoritate notarius per totam terram et dominationem suam, qui mandato dicti venerabili viri Geraldo de Palaciolo predictis omnibus et singulis dum ut predicatur agerentur una cum dictis testibus interfui et hoc scripsi et clausi, cum rasis et emendatis in .XVI. linea ubi dicitur: promitentes; et in .LXXX.: dictus venerabilis Geraldus de Palaciolo, dicto nomine ibidem personaliter;^a et in .LXXXI.^a: ibidem personaliter; et cum supraposito in .LI. ut dicitur: de ciutats.

a) *subrallat: ibidem personaliter, per anul·lar·ho, ja que correspon a la línia .LXXXI. com s'especifica a continuació.*

6

1364, abril, 20. Barcelona

Carta tramesa a les ciutats i viles del Principat de Catalunya, per part dels diputats del Principat, notificant l'arrendament dels subsidis votats en corts a Berenguer Bertran, de Barcelona, i especificant els terminis del cobrament, d'acord amb les disposicions i acords presos en la Cort de Montsó i en la de Barcelona.

AHC, Valls. Secció de pergamins. Pergamí núm. 105.

Noverint universi, quod die mercurii que fuit prima dies mensis maii anno a nativitate Domini millesimo .CCC°.LX°. quarto, in presentia mei Bernardi de Sancto Martino, scriptoris iurati in notaria ville de Vallibus et Berengarii de Mianes, Francisci Pastoris et Guillelmi Mir, dicte ville, testium ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, discretus Petrus de Alosio, notarius Barchinonensis, obtulit et presentavit e per me dictum scriptorem legi fecit venerabilibus Guillelmo de Manresana, Petro de Vallepirorum et Petro Lorach, iuratis dicte ville de Vallibus, quandam literam in dorso sigillatam, tenoris sequentis:

Als molts reverents en Christ, tots e sengles prelats, nobles e honrats richs hòmens e cavalers, ciutadans e hòmens de viles e totes universitats de qualsevol ciutats e viles del Principat de Catalunya als quals les presents provendran, los Diputats del Principat de Catalunya e del regne de Malorques ordonats en la general Cort de Muntsó, salut i honor. Ffem-vos saber que la general Cort del dit Principat ajustada ara en la ciutat de Barchinona veent la gran necessitat que és en la Terra e cosa pública sia inaçosament deffesa per socors e esforç de galees e de companyes de caval, de peu e en altra manera a restauració d'aquela, ha acordat e deliberat en la dita Cort concordablement que, ultra lo do fet en la Cort de Muntsó, sia de novell donat per les universitats del dit Principat de Catalunya, la meytat del fogatge de .I. any, lo qual sia ajustat al do fet en la dita Cort de Muntsó, e segons aquella manera e forma que aquell do fo donat e atorgat, del qual mig fogatge la meytat sia pagat per tot lo mes de mayg prop vinent e l'altre meytat per tot lo mes d'agost après següent. E per tal, car la quantitat del dit mig fogatge de present aver no podem, de on pugam fer la dita armada e altre a corriment desús dit, la dita general Cort e Nós avem feta gran obligació a l'honrat en Berenguer Bertran, cambiador de Barcelona, qui a la dita general Cort e a Nós a feta dita de taula de la quantitat del dit mig fogatge que a les dites universitats de Cathalunya faran fer seguretat, bastant de pagar al dit cambiador la quantitat que cascuna universitat hi pertanya a pagar, segons la forma del dit do de Muntsó, en los terminis damunt dits. E per tal com la dita quantitat no bastare avem feta fer dita de taula al dit cambiador de les pagues dels meses d'octubre e de jener sdevenidós del fogatge atorgat en la dita Cort de Muntsó, e encara de tot lo romanent del dit fogatge, e de tot açò deu ésser feta seguretat e deu ésser obligat al dit cambiador de pagar cascuna paga en son temps. Per ço per autariat de l'offici que usam vós e cascun de vós requerim e pregam, axí com desigats la honor del senyor rey e restauració de la terra e de la cosa pública, que en continent, vista la present, tota dilació e scusació fora gitada, façats e fermens, e fer e firmar façats seguretat al dit cambiador de pagar lo dit fogatge en los terminis desús dits, la qual seguretat la dita general Cort e Nós vos tremetem largament ordonada. En altra manera vos certificam que si les dites seguretats fer recusàvets ho alogàvets, la qual cosa no creem, com vos pasàsets gran càrech si en vostra colpa no era socorregut a la dita cosa pública majorment en tan gran e tan cuyta necessitat, la dita Cort ha feta constitució i ordonament, la qual quant a aquest acte no pot ésser revocada que en continent per totes les universitats e persones a açò reebells sia pagat lo fogatge de tot lo temps sdevenidor del do fet en la Cort de Muntsó, desús dita, e encara lo do del dit mig fogatge

ara de present axí com dit és atorgat. E d'aquestes coses de çert farem e fer farem forment e descreta execució inaçosa contra les universitats contradients de fer la dita seguretat e altres qualsevol persones e açò rebels, axí ab host com en altre manera, axí per la quantitat de tot lo fogatge de la dita Cort de Muntsó, com per lo mig fogatge present, segons que dit és, e per totes mesions, logres, mogubles e barates e altres quasivol despeses que per aquesta rehó se covendran a fer.

Dat a Barchinona a .XX. dies d'abril de l'any de la nativitat de nostre Senyor .M.CCC.LX. quatre.

Visa rex.

De quas quidem presentatione prenominati iurati petierunt sibi fieri et tradi publicum instrumentum per me dictum scriptorem, quod actum fuit die et anno in linea prima contentis, et presentibus testibus superius nominatis.

Sig(sign)enum mei Petri Domenech, notarii publici de Vallibus pro venerabile Iohanne Palaysini, rectore ecclesie eiusdem ville qui hoc scripsi et clausi.

7

1366, abril, 18. Tarragona

Sentència donada per l'arquebisbe de Tarragona, Pere de Clasquerí, acceptant el requeriment dels jurats i prohoms de la vila de Valls, manant als cavallers i homes de paratge contribuir, mitjançant el pagament de talles, a la reconstrucció dels ponts i al bastiment de les muralles de la vila.

AHC, Valls. Secció pergamins. Pergamí núm. 107.

Hoc est translatum bene fideliter firmiterque factum undecima die mensis iunii anno a nativitate Domini .M^o.CCC^o. octuagesimo tertio sumptum a quadam publico sentetie instrumento, tenor sequentis:

Noverint universi quod, cum inter iuratos et probos homines seu universitatem ville de Vallibus, agentes ex una parte, et milites et alias personas generosas habitantes in dicta villa et eius termino et alios etiam qui habent honores et possessiones et alia bona in loco et termino predictis, ex parte altera, defendentes quo modo verteretur super contributione inter eos fienda de comunibus questiis, talliis in dictis et in dicendis per dicta universitatis et super impositione farine et aliis impositionibus dicte ville, et super operibus ecclesie parrochialis dicte ville et cimbolorum et squillarum ipsius ecclesie, et super operibus murorum et viarum et pontium et aliarum rerum que comuniter sunt ad comunem usum et servitium, tam militum et personarum generosarum quam aliarum dicte ville et eius termini, tandem partes, predicte, volentes inter se scandala et dissensionis que pro predictis possent evenire, evitare, et pacem et concordiam confovere, videlicet, venerabilis Berengarius de Luppētis, Berengarius dez

Pilles, Galcerandus de Argenton, Iacobus Sacelada, Raymundus de Salanova, homines generosi et de paratico, ex parte una, et Arnaldus Safortea et Arnaldus Oriol, habitatores et iurati ac syndici universitatis ville predicte de Vallibus, nomine suo et nomine universitatis et singularium dicte ville, ex parte altera, super questionibus predictis que per viam appellationis emisse per ipsos generosos ab audientia baiulorum dicte ville ad curiam dicti domini archiepiscopi ad eandem curiam fuerunt et sunt devolute, compromiserunt in reverentissimum in Christo patrem et dominum dominum Petrum, divina providentia, archiepiscopum Terrachone, tanquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositionem, ita quod ipse dominus archiepiscopus et arbiter et arbitrator auditis verbo et sumarie et sine scriptis rationibus utriusque partis difiniat et decidat inter ipsas partes questiones predictas de iure, laudo vel amicabile compositione, et prout et melius visum fuerit faciendum in scriptis tamen ut eterne memorie comendetur die feriato vel non feriato, stando vel sedendo aut eundo in illo loco, que sibi placuerit partibus presentibus vel una presente, altera absente per contumaciam, et voluerunt partes quod huiusmodi compromissum duret hinc ad proximum instans festum Pentecostes, promittentes partes predicte bona fide et sub virtute iuramenti per eas inferius restiti quod servabunt et tenebunt perpetuo sententiam et pronuntiationem ipsius domini archiepiscopi super ipsis ferendam, et quod statim cum lata fuerit eam laudabunt et approbabunt ante quam recedant a presentia ipsius domini vel ad alios actos se divertant, et illam perpetuo observunt, renuntiantes quod ad hoc omni appellationi, provocationi, supplicationi et exceptioni iuris et factis quibus venire possent contra sententiam supradictam. Et si forte in sententia et pronuntiatione ipsius domini archiepiscopi et arbitri et arbitratoris et amicabilis compositoris fuerint aliqua dubia vel obscura quod ipse dominus archiepiscopus et arbiter et arbitrator infra tempus dicti compromissi et etiam postea quocumque ad requisitionem pretium predictarum vel alterius earum possit dicta dubia et obscura declarare et interpretari eo modo et forma quibus ei placuerit et visum fuerit faciendum et huiusmodi declarationem et interpretationem dicte partes servare permisserunt statim cum facta fuit sub pena iuramenti inferius per eas prestiti et non contravenire aliqua ratione et pro hiis omnibus et singulis predictis attendendis firmiter et complendis obligaverunt omnia bona sua habita et habenda, renuntiantes beneficio dividende actionis et nove constitutionis de pluribus reis et privilegio, et pro eorum proprio se et bona sua submitentes quantum ad hoc foro districtui et iurisdictioni dicti domini archiepiscopi, et pro maiori securitate permissorum iurarunt dicti genereosi et quolibet eorum omnia suas, et dicti iurati et syndici in omnia suas et aliorum quorum syndici et procuratores existunt per Deum et eius sancta quattuor Evangelia manibus suis corporaliter tacta predicta omnia et singula tenere et observare, attendere et complere et non contrafacere vel venire iure aliquo causa vel ratione. Que est actum in camera paramenti castri archiepiscopalis Terracone die sabbati decima octava die aprilis anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis venerabilibus Bartholomeo Sesavetes, decretorum doctori, et Aymerico dez Prats, milite. Et eodem die quasi in continenti

dictus dominus archiepiscopus cum iam ante huiusmodi compromissum audivisset partes supra predictis partibus predictis presentibus pronunciavit in scriptis ut sequitur:

Con nós en Pere, per la divinal miseració, archabisbe de Tarragona, àrbitre et arbitrador et amicable composador elet per les parts desús dites sobre les qüestions que són entre les dites partes expressades en lo compromés en nós fet, hoïdes de paraula les rahons de les dites parts e encare en escrit, aytant com davant no an volgut posar e alleguar, e sobre les dites coses o rahons de caschuna part, haüt acort e consell de savis per lo poder a nós donat en lo dit compromés, per aquesta nostra sentèncie e arbitració, pronunciam e declaram sobre les dites qüestions en la forma següent:

Primerament, sobre la demanda feta per part de la dita universitat, dient que los dits cavallers o generosos són tenguts de pagar en les imposicions atorgades a la dita universitat per descarregar lurs deutes e càrrechs, que ha molts e diversos, pàrria rahonable e declara e pronunciam amigablement de consentiment de les parts que los dits cavallers o generosos degen seguir lo costum e lo ús en pagar o no pagar que es serva en los altres lochs de la esgleya e de rics hòmens de Catalunya, axí que, si cavalers e generosos habitants en los loch o lochs de la esgleya o de rics hòmens hon han imposició paguen, que los dits cavalers e generosos damunt dits hagen a pagar, e si és lo contrari que axí matex no sien estrets de pagar, emperò que en aquel cas que paguen si alguna quantitat de diners era deguda a la dita universitat tro al present dia per los dits cavallers e generosos per rahó de la dita imposició sia a ells e a cascú d'els remesa.

Ítem, sobre la demanda que la dita universitat fa als dits cavallers o generosos sobre la imposició de la farina e encare al pa e al vi e a les carns, posada novelament quax o remçó del fogatge, pronunciam amigablement de consentiment de les parts que los dits cavalers o generosos no sien tenguts de pagar almenys en aquelles coses damunt dites que-s puxa bonament la dita imposició deduir, con los dits cavallers e generosos sien exemps e immunes de pagar fogatge e no sien tenguts de contribuir ab los hòmens del dit loch en lo do que fan per defensió de la cosa pública.

Ítem, sobre la demanda feta per part de la dita universitat, ço és, que los dits cavallers o generosos paguen en questes, talles fetes e faedores per la dita universitat en los béns que tenen e són a ells pervenguts per qualsevol títol, los quals no són de cavaleria, ans fosen dels habitants del dit loch, lauradors o altres hòmens de la vila no generosos, de la dita vila, pronunciam e declaram que los béns, aytals que són pervenguts als generosos per exovar o per compra o per qualsevol altre títol, com fosen obligats als càrrechs de la dita universitat, que d'aquels sien tenguts de pagar questa e talles, majorment si de aquels béns los dits generosos han acostumat a pagar e contribuir en talles a la dita universitat, emperò si los dits béns són pervenguts als dits cavalers o generosos, en temps que lo loch era sens càrrech e deutes e depuys lo loch s-és encarreguat, que aquels béns no sien tenguts de pagar en questa ne talla si, donchs, no

han acostumat de pagar, que en aquell cas que per los dits béns, los dits cavallers o generosos, són tenuts de pagar que .I. dels dits generosos, elet per los dits altres, sie appellat per la dita universitat com la quèsta o talla se farà e que hi sia, si ésser-hi volrà. Si alguna quantitat era deguda a la dita universitat per la rahó damunt dita tro al present dia que sia remesa als dits generosos e cascú d'els, exceptat la talla la qual dererament és estada feta e induta.

Ítem, sobre la demanda feta per la dita universitat que los cavallers e generosos són tenguts de pagar en les obres de valls e de murs, los quals se fan per defensió comuna dels abitans en lo dit loch e terme, pronunciam e declaram que los dits cavallers o generosos no-s pusquen de la dita contribució escusar, emperò reservam a nós la hordinació dels murs e valls e la contribució d'aquels, axí dels dits generosos com dels altres.

Ítem, com sia alleguat que los dits cavallers recusen de pagar en questes e talles que-s facen per adobar senys e esquelles de la esgleya e les obres d'aquella esgleya parroquial o per aquels o aqueles novellament fer e encare per altres servituts veynals, les quals són així a ús e profit dels dits cavallers e generosos com dels altres de dit loch, e per aquesta raó haja prohibit la dita universitat que en la mor o la sepultura dels cavallers o generosos no tocassen senys ni esquelles, pronunciam e declaram que los dits cavallers o generosos sien tenguts de contribuir e de pagar en les dites questes per la dita rahó fetes e faedores, emperò, que com se faran les dites talles que los dits generosos hi sien appellats, e que d'aquí avant los sien tocats senys e esquelles sens embarch de la dita universitat o singulars d'aquella. Retenim nós, emperò, que si en les dites coses pronunciades e declarades parra alcuna cosa escura o dubtosa que aquella puxam declarar, corregir e esmenar, tota vegada que a nós sia vist faedor a requesta de les parts a la una d'aqueles.

Lata fuit hec sententia per dictum dominum archiepiscopum pro tribunali sedente in camera paramenti castri archiepiscopalis Terracone et lecta per venerabilem Bartholomeum Sesavetes, decretorum doctorem, de mandato ipsius domini die et anno predictis, presentibus partibus predictis et presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis et specialiter assumptis venerabili Eymerico dez Prats, Bernardo Spaer, causindico Terracone, Petro Rochafort, presbitero Villefranche, Petro Alguer, Guillelmo de Manresana et Laurencio Romei de Vallibus. Et in continenti cum lata fuit dicta sententia partes predictae approbarunt et emologuarunt ipsam sententiam in omnibus et singulis suis capitulis, presentibus testibus supradictis.

Sig(signe)num mei Petri Martini, civis Terrachone, notarii dicti domini archiepiscopi et auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonie qui predictis interfui et hoc scripsi et clausi.

Sig(signe)num mei Raymundi Solsona, notarii publici ville de Vallibus pro venerabile Bernardo de Campis, rectore ecclesie eiusdem ville, qui hoc translatum a suo originali fideliter sumptum et cum eodem de verbo ad

verbum legitime comprobatum, die et anno in prima linea contentis scribi feci cum supposito in linea quarta ubi legitur Berengarius de Spilles, et clausi.

8

1369, febrer, 5. Barcelona

Pere el Cerimoniós concedeix als jurats de la vila de Valls el privilegi de poder establir impositcions sobre el pa, el vi, la carn i altres qualssevol mercaderies durant quatre anys, per sufragar les despeses ocasionades en la reparació i construcció de les muralles de la vila.

AHC, Valls, Secció pergamins. Pergamí núm. 110.

Hoc est translatum bene et fideliter firmiterque factum die .XXVI^a. mensis augusti anno a nativitate Domini millesimo .CCC^o.LXX^o. septimo, sumptum a quadam carta pergamenea concessionis illustrissimi domini regis Aragonum cum sigillo pendentis munita, tenor cuius sequitur in hunc modum:

Nos Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, Valentie, Maiorice, Sardine et Corsice comeque Barchinone, Rossillionis et Ceritanie. Respectu diversorum sumptum et missionum, quas vos fideles nostri iurati et probi homines ville de Vallibus, fecistis et facer in futurum proponitis et in refectione menium^a et vallorum que ad tuitionem et decorem fiunt in ambitu dicte ville, tenore presentis concedimus vobis et toti universitati dicte ville que possitis imponere seu statuere et ordinare in villa predicta impositionem, talem qualem volueritis et vobis visum fuerit in pane, vino et carnibus et aliis omnibus et singulis rebus de quibus vobis videbitur colligendam et levandam ab ementibus et vendentibus seu aliis contrahentibus per quatuor annos continuos a die qua imposita seu statuta et ordinata fuerit in antea computandos vel eandem etiam positam vendere de anno in annum seu de parte anni in partem, prout vobis visum fuerit faciendum. Et quicquid emolumenti ex dicta impositione seu impositionibus provenerit in dictis operibus convertere teneamini et de hiis in fine dictorum quatuor annorum, rationem et computum reddere in posse curie comuni dicti loci. Mandantes per presentes universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quatinus huiusmodi concessionem nostram firmam habeant et observent et contra eam non veniant aliqua ratione, in cuius rei testimonium presentem vobis iussimus nostro sigillo pendentis munitam. Datum Barchinone quinta die februarii anno a nativitate Domini millesimo .CCC^o. sexagesimo nono regni nostri .XXX^o. quarto. Petrus, cancellarius.

Sig(signe)num mei Petri Domeneh, notarii publici ville de Vallibus pro venerabile Bernardo de Campis, rectore ecclesie eiusdem ville, qui hoc translatum a suo originali fideliter comprobatum scripsi et clausi die et anno quibus supra et in linea prima expressatis.

a) menium = error. Pot ser munium (gen. pl. de munia-ium, deures, obligacions...) o murorum (gen. pl. de murus-i, murs, muralles, tàpies...).

9

1369, abril, 30. Barcelona

Pere de Clasquerí, arquebisbe de Tarragona, senyor i baró de la ciutat i del Camp de Tarragona, pels molts favors rebuts dels seus fidels vassalls de la vila de Valls, concedeix als jurats la facultat i el privilegi de poder establir imposició sobe el pa, el vi, la carn i altres mercaderies durant quatre anys.

AHCV, Secció de pergamins. Pergamí núm. 111.

Nos Petrus, miseracione divina, sancte Terraconensis Ecclesie archiepiscopus. Propter grata et accepta servitia et beneplacita per vos fideles nostros, universitatem, iuratos et probos homines ville nostre de Vallibus nobis impensa et que impendere non definitis incessanter ac respectu etiam diversorum sumptuum et missionum quas vos fecistes et facere etiam in futurum preponitis in refectione operum murorum et vallorum, que ad defensionem et tuitionem ac decorem dicte ville fiunt in ambitu eiusdem, tenore presenti concedimus vobis et toti universitati predictae quod possitis imponere, statuere et ordinare in villa predicta impositionem talem qualem volueritis, et vobis visum fuerit in pane, vino et carnibus et aliis omnibus et singulis rebus de quibus vobis videbitur levandam et colligendam ab ementibus et vendentiis seu aliis contrahentibus per quatuor annos continuos a die qua ipsa impositio imposita seu statuta et ordinata fuerit in antea computandos, vel eandem etiam positus venderede anno in annum, seu de parte anni in partem, prout nobis visum fuerit faciendum. Et quicquid emolumenti ex dicta impositione seu impositionibus provenerit in dictis operibus convertere teneamini et de hiis in fine cuiuslibet dictionum quatuor annorum, rationem et computum reddere in posse curie comunis dicti loci et in difinitione dicti compoti nos vel noster vicarius generalis habeat interesse. Mandantes per presentes universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quatinus concessionem nostram huiusmodi firmam habeant et observent et contra eam non veniant quavis causa, in quorum testimonium presentem vobis fieri iussimus nostro sigillo pendenti munitam.

Datum Barchinone ultima die aprilis anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

Registrata

10

1370, juny, 27. Valls

Capítols fets i signats entre els jurats de Valls i els legítims representants del gremi d'especiers, tenders i mercers de la vila per raó del pagament de les imposicions.

AHC, Valls. Secció de pergamins. Pergamí núm. 106.

Noverint universi quod die veneris, que fuit .XXVII^a. dies mensis iunii anno a nativitate Domini .M^o.CCC^o.LX^o. quinto, Vivonus Ugueti, Franciscus Pastoris, apothecarius ville de Vallibus, et Fferrarius Palmer, mercerius ville predictae, constituti personaliter in scribania supradictae loci in presentia mei notarii subscripti et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocationum et rogationum, una cum venerabile Arnaldo Safortea, Arnaldo Orriol et Petro Palacii, iuratis et sindicis dicte ville, obtulerunt et presentarunt michi notario subscripto quandam cedula papiream cum diversis capitulis in ipsa cedula in his requirentes de eisdem fieri publicum seu publica instrumentum seu instrumenta, qui quidem cedula singulariter et sigillatum dictis partibus per me, dictum notarium, in presentia infrascriptorum testium fuit lecta, tenor cuius cedule sequitur in hunc modum:

Capítols fets entre els jurats de Valls, de una part, e los speciers, teners e mercers de la dita vila, de la altra. Primerament és stat convengut e promès entre los honrats Arnau Safortea, Arnau Orriol e en Pere Palau, jurats e síndichs de la universitat de la vila de Valls, de una part, e en Vives Uguet e en Francesch Pastor, speciers, e en Fferrer Palmer, mercer de la dita vila, de la altre, que los dits speciers, teners e mercers en nom lur propri e de tots los altres speciers, teners e mercers que ara són ho per temps seran en la dita vila de la imposició ho ajuda que ells he cascun de ells ho altres persones de la dita vila són tenguts de pagar per les specieries que els ho cascun de ells ho altres persones habitans en la dita vila, venen en la dita vila, segons es contén en una cédula de la imposició damunt dita, a qual cédula se contén per aquesta manera que-s seguex:

Tot tener o tenera, specier ho speciera, ho mercader d'especiera, strany ho privat, de ço que vendran per menut, pach per lliura de dinés dos dinés, e que lo tener e tots los damunt dits agen a retre compte als compradors dela imposició, tota vegada que-n sien requests. E açò per sacrament e que ll'agen a fer aquel que-l comprador volia.

Ítem, sèu, congres, sagins e mell pach per liura de dinés dos dinés lo comprador e dos dinés lo venador, axí segons més o menys a la rahó damunt dita. Emperò no s'ntén açí aquelles coses que paguen en les altres ajudes, sen-ne exceptats, emperò, tots aquells qui franquesa puxen allegar.

Axí que fo convengut entre los dits jurats e síndichs e speciers, teners e mercers, desús dits, per ço que discòrdia, distenció ni rahons no puxen ésser entre los compradors de la dita imposició e los dits speciers, teners e mercers, que ara són ho per temps seran en la dita vila, ho altres persones, habitans en la dita vila, que venen specieries, ho dels mercaders desús dits, que los dits speciers, teners e mercers he altres persones, habitans en la dita vila, que les desús dites specieries e mercaderies que venen ne paguen en menut per la lur part segons que-s contén en la dita cédula. Mas que sien tenguts de pagar e de donar, aytant de temps com imposició ho ajuda se pach en la dita vila, sexanta sous barchinonesos cascun any, ço és a saber, de tres en tres mesos quinze sous, e que aquells agen a pagar tantost que los dits tres mesos sien pasats als dits jurats ho a qui ells volran. E si per a ventura s'esdevenia que los dits speciers, teners e mercers que hara són ho per temps seran no volien pagar la dita quantitat,

que los dits jurats puxen forçar cascun dels speciers, mercers e teners, axí e segons que poden forçar los qui compten de les altres imposicions.

Ítem, volgeren los dits jurats e síndichs que tots els speciers, mercers e teners de la dita vila agen a pagar, segons més o menys en los dits .LX. sous, e si per a ventura n'í avia algun rebel·lne que no volgés pagar, segons més o menys, que aquell que no volrà pagar aga a pagar aquell que los dits speciers, mercers e teners volran, axí e segons que en la dita cèdula és contengut e que·l·ls pugen forçar de pagar, axí com los compradors de la imposició ans de la preent avinença podien fer.

Ítem volgeren los dits jurats e síndichs que tot mercader ho altres persones de la dita vila que venen dels dits speciers ho mercaders en la dita vila agen a pagar als qui los dits speciers e mercers volran la imposició que·s contén en la dita cèdula.

Ítem volgeren los dits jurats e síndichs que en les dites coses no hi sien empreses les persones stranyes que venen de les dites speceries ho mercaderies en la dita vila, ans les persones stranyes agen a pagar la imposició, segons que·s contén en la dita cèdula als qui los dits jurats vendran la dita imposició.

Qui quidem cedula et omnia in eo contenta dicti iurati et sindici et dicti epothecari et teneri obligarunt omnia eorum bona habita et habenda.

Que fuerint acta firmata, laudata et approbata per dictas partes die et anno et loco predictis et presentibus testibus, discretis Petro Solerii et Bernardo Seguarra, presbitero de Vallibus.

Sig(signum) mei Ffrancisci de Vacharices, notarii publici ville de Vallibus pro venerabile Iohannes Palaysini, rectore eisdem ville qui in predictis omnibus interfui eaque scripsi et clausi die et anno prefixis.